

20.

ecclesiis congregasset · Adtendite inquit uobis & uniuer
so gregi super quos spūs scūs posuit uos episcopos · ad regen
dam ecclesiam dni quam adquisiuit per sanguinem suū ·
Sicut enim quos xps adeuangeliz andum & baptiz andas
nationes misit spūs scūs ecclesiae praeposuit patris senten
tia distinator · nulli dubium est unam patris & filii
& spūs scī operationem & probationem · & consequenter
eandem trinitatis esse substantiam · Necnon & illud
considerandum quod in corde & sensu habitaye non po
test creatura · nisi dns & sermo eius inspūs cō · sicut ad
quosdam loquitur pater · Inhabitabo in eis & inam
bulabo · & ad ipsum quidam dirigit uocem · Tu autem
in sco habitas laus israhel · Altus quippe in altis habi
tat uniuersae creaturae conditor · habitat uero & ingeni
tus filius · in mente pura & corde credentium · per fidem
quippe habitaye xpm in interiore homine inspū · Ait
apostolus rascribens · Inspū in interioye homine habi
tare xpm per fidem in cordibus uestris · ipse quoque
de se loquitur · uiuit in me xps · & iterum · qui in me
loquitur xps · & saluator noster · Ueniemus inquit
ego & pater · haut dubium quin ad eum qui eius praecep
ta seruauerit & mansionem apud eum faciemus · porro
sic sermo ipse contextitur · Si quis me dilexit sermonē

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
ZENTRALBIBLIOTHEK ZÜRICH
KANTONS-, STADT- UND UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Zentralbibliothek Zürich
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/zbz_mscarc131/0045